



0cm
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22



10831





numbers

123

123

28 Jan

Mulla enim rem
dia que vulneris
libentur

odorem
quam que sunt
saluzia.
Salutariae ay

D

O Dom ap
Iesum em mi
sum E sum

Sicut sum

nam mi

Ogo deo, inquis
oia mea mea
perdo.

1
M. B. & Co.
Montgomery

W^m confis et envoi a la reine par son commandement le 29
Regne grace de l'empereur Louis le Pieux
principale pour le droit du royaume de Mayence
le 29 juillet

Seine & Marne
de la Seine & Marne

Marc-Jr mber Omnia mea sicut

savoir faire.

La seigneurie d'Alençon

et
autre

l'autorité de l'empereur
confirme comme dans les documents réguliers
reconnue à ce point. Il n'y a pas d'applications
que l'empereur ait autorisé. Sachez
que l'empereur a fait une déclaration régulière
qu'il a été déclaré régulier

Le 29 juillet
dans la ville de Paris
par son commandement

que l'empereur a été
comme il a été nommé à la place
de l'empereur d'Allemagne à l'empereur

Le 29 juillet
dans la ville de Paris
par son commandement

Monsieur le frere le confidant que le chaste
et le droit de nos maîtres

Monsieur et frere paroys que approue ~~l'assemblée~~
voullez me et my frere que j'ay pour Rys de
coude ~~so~~ ce voulldriez de laisze ~~que~~ et arrever
et au temps ~~en~~ estoys ~~que~~. Recours a tout
tenuent que ce es conduire et organ
me reporte de Bruxelles sur le chemin de
frere que voullez a Bruxelles passer l'autre
~~et~~ a coulange le pris de Guist my
frere que

Monsieur et que j'ay voulle et le prie de pous
frere que
vint du Rys ~~et~~ de la vante que mes freres
fond ~~et~~ voulable ~~et~~ que tente ung ~~et~~ neyng
butys a quelles faites ~~et~~ devant ~~et~~ en
dans

Monsieur que je devoit passe combien que faire
me de de la vante moy ayent a l'Université

Monsieur que fist dins d'icel ayent une promesse
dans gentilhomme pour me voulldriez a

playez le sonne ~~de~~ que le devoit
que voulle et le gentilhomme ou le gentilhomme que est venu
ong mole ayent ~~et~~ enve ~~et~~ le venu ~~et~~ fust acom
playez a sonne ~~et~~ enve ~~et~~ fust ayent le disoit
que que voulle et le venu ~~et~~ acom

Monsieur le Rys de Paris a obteigny ayent de
sengens que regnent ~~et~~ que regnent

et que voulle et le Rys de Paris de que
ayant de compre auxys le Rys de Paris

Monsieur le Rys de Paris de que
voulle et le Rys de Paris de que
me obligeant de que acom

P.8

Et fust dissaint que estoient mesme a la court
provoe de luy fust obligacion de venir et luy fust
faire pource des dispes du proce que pource multe
chose que ne demandoit. Dissant que ne estoient
autrement obligeables debatables par armes
~~ne~~ il fust au ~~comte~~ son pere le comte de
Lyon lequel le jugea triste chose d'aller par la ville enquant
fut regne. ne disoit ~~que~~ le Roi de France Monsieur
et fust il voulut playez ne ander oyecte endroit
il ne mander nulz boy admis et conseil lequel
le Roi ne le mande pource de la mort de son pere
supplieation que voulut plaire auoye que ~~auoye~~ de la mort
auquelles ne recommandent le Roi. Rendit venu a la mort
que si auoye Rien que le Roi ne autre endroit le Roi
et voulut de tout quitter sur voulut fust donez
refuge auquel le Roi appela ne recommandent pource
et fust fait auquellement et de bon comte auoye bonnes graces
et a celle de madame selle ma dame Payant le Roi
mord dissant que auquel auoye et auquel vid de la mort

M

M

Monseigneur et oncle reineut le pere gre
de vostre grace il voulz que fust faire
avant mainement bonnes expéditions
les mous en syng son leys puyementz dny
général voulz puyent en sy puyer en gracie
ulz puyer la voulz volez de puyementz
puyementz a nistre bonne grace et de
Mousteyfle ma capitale puyer dny
lors doiz et sante fayence
et longe vied de paris voulz
et autre chose fait 30 30 13

P. B. J.

Res Mn 10831/8

SYNTAXIS, SEV
DE EMENDATA ORATIONIS

Structura, Compendiosæ Præceptio-
nes, ex probatissimis quibus-
que Grammaticis
collectæ.



P A R I S I I S,

Ex officina Prigentii Caluarini, ad geminas
cippas, in clauso Brunello.

1556.

Y U N I X A T I S E V

DE EMENDATIONE ORATIONIS

Singula, Compendiose Preceptio-

rum possibilium dictionum

ad Grammaticam

colligens



PARAGRAPHS

Adoptatis Propositi Compendium de sententiis

difficilium quinque plurimi

12345

argenti

SYNTAXIS, SEV DE EMENDATA ORATIONIS STRVCTVRA.

De Constructione Nominis.



O N S T R U C T I O, authore **Pri-**
Sciano, est congrua dictio nūm ordinatio,
congruam perfectām q̄ demonstrans sen-
tentiam. Nomen ab s̄ que verbo non per-
ficit orationem quā his partibus ut mini-
mum constat duabus. Est autem oratio
integra sententia explicatio. Cuius partes sunt octo, de qua-
rum Syntaxi ordine dicendum.

Prima regula.
Adiectiu m cum proprio aut appellatiuo consentit in ge-
nere, numero, & casu: vt, amicus certus in re incerta cerni-
tur. Idem statuendum de omnibus quae adiectiuorum con-
structionem imitatur. Cuiusmodi sunt ex nominibus inter-
rogativa, relativa, uniuersalia, partitiva. Ex pronomini bus
demonstrativa, & possessiva. Item participia: vt quis Deus?
quanta gula? neutra acies, hic vir, noster herus, vinea pu-
tanda, ager colendus, homo armatus.

Secunda regula.

Relatiu m cum antecedente substantiuo, necesse est ge-
nere, & numero consentire; casu non semper conuenit,
nam sequenti verbo respondet. vt, Literas acceptuas,
qua magna voluptati fuerunt. Graci antecedens in casu

A ij

2
Grazim & consilio sūr autem nos
vñs aut dotti ex dī. sc̄. tūtū p̄sp
p̄spectoris totatis omnibus
quod m et in diff̄ib⁹ sicut
et sicut et sicut. Inter p̄ceptoriū
optundantur et cari et optimi
inveniuntur. Deamatis q̄ndam
obligit et esse post s̄c̄. opti-
unt p̄cipioval et malitib⁹
sequuntur. Quidam

Concordatio

Constructionam quae legi dicit
dictio nūm debet primū
dicit ille ordinatio, et constructionem
dictio nūm congruam effectam
et p̄fectam et congruam demonstre
in leibn sententium

L. viii uadigila

hanc primarū p̄cipio dicit q̄ nob̄ cōst
dictio nūm consilio p̄sp et p̄ceptio
and ap̄ceptio 3d et p̄ceptio
in genere numero locasi et d̄
hanc multe exempli

DE CONSTRVCTIONE

in quo est relatiuum sapius quam in eo quem requirit verbum ponunt: quod etiam Latini sunt imitati. Terent. populo ut placerent quas fecisset fabulas.

Relatiuum qui, quæ, quod, positum inter duo substantiuæ diuersorum generum quorum sequës est appellatiuum cum verolibet consentit, ut studium quæ est philosophia, vel quod est philosophia. Si vero sequens fuerit nomen propriu, cum eo cōformabitur. Salust. Est locus in carcere quod Tullianum appellatur. Cic. in Verrem: Carcer est quæ Latomia appellantur.

Qualis, suum substantiuum adsciscit, à quo mutuatur casum, genus, & numerum, ut, Talis est ciuitas, quales sunt principum mores.

Tertia regula.

Substantiuum cum substantiuo, genitiuo casu iungitur, nisi addatur appositiuè: ut, Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Atticissimum vocant, cum in hanc formam mutamus adiectiuè substantiuæ constructionem, ut, pro nulla pecunia, nihil pecuniae. Nam adiectiuæ genero neutro, vertunt in substantiuorum naturam, ut, multus pudor, multum pudoris. Aduerbia imitantur hanc Synaxis, satis loquentiæ, sapientiæ parum, abundè verborum. Figuratum est, id genus pro eius generis, sicut & omne genus pro omnis generis. Cælius ad Ciceronem Lelios & Antonios & id genus valentes. Gellius, Aristotelis libri sunt omne genus elegantiæ referti.

Quarta regula.

Comparatiua adsciscunt ablatiuos, ut, Vilius argen-

*cum est auro, virtutibus aurum. Et pro ablative interdum nominatum habent cum particulis quam, ac, atque, ut
Vilius est argentum quam aurum. Plautus, Amicior mihi nullus vivit atque is est. Cicero, Mihī videtur diutius abfuturus, ac vellem.*

Quinta regula.

Superlativa adsciscunt genitivos plurales, vel collectivi nominis singulares: his autem utimur, cum aliquem suo generi comparamus, ut, Hector fuit Troianorum fortissimus, Eadem plerunque propositivo ponuntur et nulli comparantur, ut Iuppiter Optimus Maximus. Eo, quo, tanto, quanto, comparatiui iunguntur. Cicero, Quanto es maior, tanto te geras summissius. Multò longe, comparatiuis, et superlatiuis præponuntur. Cicero, Conspectus uester multò iucundissimus. Terent. Longè omnium præstantissimus.

Sexta regula.

Quæ partitionem significant, aut collectionem, item genitivos plurales adsciscunt: ut, Nemo hominum, alter hominum, pars ciuium.

Sic et comparativa, partitionem significant. ut, O Maior iuuenum, id est, inter iuvenes, Nam partitionem exponimus, per particulam inter, de, vel ex. Transeunt in hunc casum interrogativa quedam. Quis Deorum? Vt er Atridarum? Quot hominum? Et particularia nonnulla, Quidam vel aliquis nostrum. Et quæ particularia infinita diximus, ut quilibet vel quiuis uestrum. Et quæ infinita uniuersalia vocamus, Quisquis fuit, ille Deorum,

DE CONSTRVCTIONE
quicunque hominum.

Septima regula.

Adiectiva quæ copiam, desiderium, notitiam & contra significant, genitios adsciscunt. ut, Ditisimus agri Phænicum. Stultorum plena sunt omnia. Cicero, referta sceleratissimorum hominum. Cupidus lucri. Ignarus hominumq; locorumque, Fidens animi. Nec sum animi dubius. Peritus belli. Præsaga mens mali. Ambiguus futuri, Memor præteriti. Sic & participia pleraque, cum degenerant in nomina, & verborum casus amittunt, ut, Fugitans litium, cupiēs pecuniae, patiens inediae. Indoctus pilæ, inexpertus belli, cupientior auri, Pertusus theda & thalami. Nam pertæsus thalamum, patiens inediā participia sunt, nec significant eis. Item verbalia potissimum quæ sub appellatiōrum specie ab actiis verbis ducuntur: Amator studiorum, Amatrix virtutum, Lectio præceptoris. Reus genitium adsciscit: ut reus furti. Sed his quæ copiam significant, inuenies etiam ablatios adiici, ut Cic. Copius abundans. Virg. Crura thymo plena.

Octava regula.

Datiuos adsciscunt quæ similitudinem, utilitatem, facilitatem significant. ut, Fidus amicus, Amicus Casari, Par Homero, Virgilii, Nulli veterum virtute secundus. Cicerio, Simillimum Deo iudico. Sed similis etiam genitium adsciscit, idque cum ad mores refertur. Terent. Similis est maiorum suorum.

Nona regula.

Adiectiva, græca consuetudine, accusatiuos substantiuo-

NOMINIS.

4

rum, adsciscunt, ut, Nuda genu. Et glacialis hyems, canos
hirsuta capillos. Virg. Omnia Mercurio similis vocemque
colorémque.

Grammatici Cwendoxiv vocarunt, id est, comprehensio-
nem. Significat enim nomen totius, ad partem tantum re-
ferri. Cum dico, AEthiops albus dentes, nomen Albus, to-
tum AEthiopem significat, verum quia accusatiuus Den-
tes subucitur, decorquetur & nominatiuus tantum ad par-
tem.

Decima regula.

Ablatiuus instrumenti vel potius modi subiicitur cer-
tu adiectiuus, ut Clarus ingenio, armis, Lassus cura, Fessus
cursu, Latuus honore, imperio. Contentus paucis, apud Vir-
gilium, Non unquam grauis ære domum mihi dextra re-
dibat. Potens pecunia, & potens à pecunia, præceps ambi-
tione. Sic & orbus parentibus. Liuius, Annibal eger oculis
ex terna intemperie. Cicero, AEgris pedibus. Immunis,
alienus, diuersus: addunt præpositiones, ut Immunis à bel-
lo, Alienus à me, diuersus ab illo. Et apud Cornelium, va-
cuus à periculo animus fuit. Vacuus ab odio, & vacuus
ira. Cicero, Cum sumus necessariis negotiis curisque va-
cui. Sallustius, Ager frugum vacuus. Dignus, indignus,
simpliciter ablatiuos adsciscunt. Dignum laude virum mu-
sa vetat mori.

Undecima regula.

Varie figuræ sunt descriptionis laudandi, aut vitupe-
randi, sed ablatiuis latini libentius & si sunt ut puella vul-
tu modesto. Dici enim poterat, puella vultus modesti &

DE CONSTRUCTIONE

puella modesta vultu. & modesta vulcum Cwēndoxwōs.
Sic Columella, Asinus amplissimi corporis, cernice valida.
Erat infirma valetudine habitus.

Duodecima regula.

Varia est Syntaxis vocis Opus: sed ablatuum sapius
adsciscit, ut Cicero, Opus est huic tuo iudicio. Nonnunquam
precedit nominatiuus, Dux & author nobis opus est. Rarum
est, Opus est nobis hanc rem. Et usus apud Plautum in A-
sinaria, Viginti iam usus est filio argenti minis.

Decimatercia regula.

Figuram appositionem dixerunt, cum duo substantia
eodem casu coniunguntur, hoc modo, Effodiuntur opes irri-
tamenta malorum. Posterior substantiuum, declarandi
causa acceſbit, ideoq; propemodum induit actiui naturam.
Sic Horatius, Et genus & formam regina pecunia donat,
id est regnans.

Syntaxis verborum.

Nunquam integra sententia cum nominatiuo solis nomi-
nibus constat, quare cum nominibus certa quadam ra-
tione verba coagmentantur.

Prima regula.

Nominatiuus precedit verbum finitum simili nume-
ro & persona, ut ego lego, tu legis, hic legit. Nam pronomi-
na naturam nominum habent. Utimur autem prima
& secunda persona dissimilatis pronominibus, Tertia
persona, sine nominatiuo, in verbis personalibus non uti-
mur. Cæsar & rex Gallorum conueniunt inter se. Nam

VERBI.

⁵
duo singularia postulant plurale verbum. Est cum infinitius pro nominativo, Græca consuetudine, usurpatum: ut,
Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes.

Emollit mores, nec sinit esse feros.

Nam Verbum emollit, respondet his, tanquam nominativo, didicisse artes fideliter, Graci si p. uobis p. uerita. H. M.

Eum infinituum circumloquimur finito verbo, adiecta particula Quod.

Dolet mihi quod agrotates, id est te agrotare.

Secunda regula.

Vocatiui secunda persona & imperatiui preponuntur sic tamen, ut non subiiciant sibi verbum sicut nominativus, propterea quod agentis vel patientis representare personam nequeunt. Nonnunquam etiam sine verbo inseruntur orationi. Virg. O socij (neque enim ignari sumus ante malorum) O passi grauiora dabit Deus his quoque finem.

Tertia regula.

Verbum finitum sequitur aliquando nominativus. ut in verbis gestuum. Dormit securus. Bibo ieiunus. It cubitum incœnatus. Nonnunquam etiam iusfinatum accedentibus verbis optandi, ut cupit videri doctus, amat haberi diues.

Quarta regula.

Verba substantiua præcedunt & sequuntur nominativum. Sunt autem substantiua, sum, forem, fio, existo, quod substantiam, non actionem significant: ut, Manus nostra sunt oculata, credunt quod vident, Equus Alexandri, & capite

DE FIGVRIS.

Et nomine Bucephalus fuit. Fama est malum. Humor est dulce satis. Nam hoc modo ex adiectiis sunt substantiua genere neutro. Sed hic monendi sunt pueri. Latinos saepe ellipsi vti, omisso verbo substantiuo. Et nunc upanai verba, vt, Lodoicus cognominatur pius. Henricus designatus est Gallorum rex, ille salutatur doctor. Sed obseruent pueri formulas nominandi, dicunt enim Latini varie. Est mihi nomen Pomponius apud Terentium. Et est mihi nomen Pomponij apud Plautum. Et est mihi nomen Pomponio, qua formula maxime delectantur eruditii. Vetus est, Fecerunt illi nomen Ascanium, apud Liuum.

DE FIGVRIS.

Nominatiuic cum verbo finito Syntaxes tradidimus.

Priusquam autem ostendamus quomodo obliqui cum verbis cohæreant, recensebimus figuras constructionis: quas ita vocant, cum ab analogia & communi regula de nominatio & verbo, breuitatis cauſa, discessit consuetudo. vt, Ego & meus minister properè adcurrimus, belle dicitur contra analogiam, si analogiam sequaris, est odiosa repetitio. Ego adcurro, & minister adcurrit.

Synthesis Compositio.

Synthesis est, cum nominis multitudinis singulari respondeat verbum plurale. Nam ad intellectum refertur cōstruētio. vt, Turbaruunt. Gens armati, Pro se quisque præcari cœperunt. Quisque suos patimur manus. Pars epulis onerant mensas. Eunuchus mea. nam & hic ad intellectum referetur constructio mea scilicet fabula. Constructio est ad intel-

DE FIGVRIS.

6

lectum referenda ut in his verbis pluit, tonat. Hic enim
omittitur nōmē quod non solet fieri in aliis personalibus ver-
bis, quare grammatici hāc Verba pluit, tonat, fulgurat, in-
quiunt, aiunt, vocauerunt Verba exceptā actionis. Intelle-
ctu rāmen addimus nōmen homines aiunt, aqua pluit, ca-
lum tonat, cālum fulgurat. ut Tibulus, multus & in terris
deplueretq; lapis: interdum additū obliquus pro nominati-
o, ut pluit lapides & pluie lāpidibus.

zēvuxa Adiunctio.

Est cum multis substantiis unum verbum aut adiecti-
uum additum consentit cum proprio substantio, ut sem-
per honos, nomēque tuum laudesque manebunt. Hic illius
arma, hic currus fuit sociis & rege recepto. Hebrei sunt &
ego. Amantium irae amoris redintegratio est.

Syllepsis longius degenerat ab analogia. nam hic multis
substantiis ita verbum aut adiectiuū adiicitur, ut con-
sentiant cum remotiōe substantio, sed præstantiore. Porro
pluralis numerus præstat singulari, Masculina fæmininis.
Prima persona secunda, secunda tertia. Hic numeri tātum
variant, ut milites & imperator pugnant. Hic illius ar-
ma, hic currus fuerunt. Hic genera variant, ut pater &
mater sunt pīj. Hic persona variant, Ego & vicinus con-
certauimus. Tu & frater belle conuenitis. Sunt & syllepses,
remo cum fratre Quirinus iura dabunt.

πρόληψις Praeoccupatio.

Partitio quedam est seu distributio, cum nominis partes
subiiciuntur verbo non repetito, ut milites redeunt, hic

B ſ

DE FIGVRIS.

ex Hispanis, ille ex Gallis.

Antiposis fit quan dota sive
tela perirent aut tumort
tendit renuntit tum vaga
tine, ut solam rafra et hoc
exemplis locorum qd solam
quam statuo sit.

ANTIPOSIS, Casus pro casu.

Antiposis, est ubi contra analogiam antecedens imi-
catur casum relatiui, vt, Urbem quam statuo vestra est.

Expositio de his figuris vero
ad non existentem personam
cum determinatae sint
ut amans et amato sint
habet in una ratione numeri
potius namque dicitur
tum pote aut mox

EVALLOGY Enallage.

Mutatio est, sineulla ratione, tantum concinnitatis cau-
sa usurpata, quia delectat interdum varietas. Sunt autem
pene infinita* Enallage, ex quibus nos hanc formam pone-
mus. Interdum verbum substantium numero conuenit
cum posteriore nominativo contra rationem: vt Aman-
tium ira, amoris redintegratio est. Ratio enim poscebat dici,
Amanum ira, sunt amoris redintegratio, quia verbum
debet conuenire cum precedente nominativo.

Est et hac Enallage, sine ratione tantum concinnitatis
causa facta mutatio, cum Utimur in narrando, Infinitiuo,
pro praeterito imperfecto Indicatiu: vt, Facile omnes per-
ferre ac pati, pro perferebat ac patiebatur.

Euocatio.

Vocarunt euocationem, cum verbo prima aut secunda
persona nomen preponitur: vt, ego Virgilius lego. Tu Apol-
lonius scribis, Nos poëma narramus: Plaut. Tum deniq; ho-
mines nostra intelligimus bona, cum que in potestate ha-
bimus ea amissimus. Voluerūt enim Grammatici tertiam
tantum personam in nominibus esse. Sed non video cur ad-
iecta pronominibus nomina, non mutuentur ab eius personā:
tame si verum est quod duriuscule coharent verba prima
aut secundæ personæ cum nominibus.

De Verborum Syntaxi cum obliquis.

Prima regula.

A C T I V A verba omnia, accusatiuos adsciscunt. ut, *Sophiam, me Graij vocant. Latini sapientiam. Vjus me genuit, mater peperit memoria. Interdico tamē, licet accusatiuum habeat cum datiuo. Suet. Domit. interdixit histrionibus scenam. Tit. Liu. 34. Fæminis duntaxat vsum purpura interdicemus. Senec. lib. 3. de Ira. Si iubes Cæsar, statim illi domum meam interdicam. Elegantius datiuum & ablatiuum adsciscit, Interdico tibi domo mea. Suet. in Augu. Alteri ob ingratum & maleuolum animum domo, & prouincius interdixit. Cæsar libro 1. de bello Gallico. Omni Gallia Romanis interdixisset. Et paſiuè. Cic. in Catone, Male rem gerētibus, patriis bonis interdici solet. Neutra sine accusatiuis absoluunt sententiam. Ideoque absolta verba vocavit Priscianus, ut Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Sed quædam neutra accusatiuos cognatae significationis adsciscunt. ut, Aro terram, Salto fabulam. Dormit epimenideum somnum, Bibo vīnum, Gaudeo gaudium, olet vnguentum. Et Græca ληστες. Sunt autem admonendi pueri, non omnium nominum accusatiuos promiscue omnibus actiuis subiici posse, sed habendam esse rationem φέατος. Interest enim inter hæc, Feci damnum & dedi damnum. Habeo orationem, rectum est, non est rectum, facio orationem. Rectum est, facio verba, non rectum, habeo verba. Differt item, Dat verba. Et capio voluptatem, rectius est, quam cepit me*

B ij

DE CONSTRUCTIONE

Voluptas. Et cepit me obliuio, recte dicitur, non autem obliuione captus sum. Sed haec figura quotidiano usum authorum deprehendentur.

Secunda regula.

Accusandi verba & quae ad crimen pertinent, praeter accusatiuum ablatiuos vel genitiuos adsciscunt, venustius tamen genitiuum, Ea sunt, Arguo, accuso, ago, alligo, arcesso, astringo, damno, condemnno, incuso, postulo, &c. Arguo te furti melius quam furto. Cic. 2. ad Heren. Si quisquam furti arguat. Solinus, peccato argutus. Cic. pro L. Sylla. Qui alterum coniurationis accuset. AEmilius probus, accusatus hoc crimine. Terent, hic se furti alligat, Plaut. Ita cum furto alligat, Plaut. furti se adstringit. Cic. Sceleris cōdemnat generum suum. Idem ad Curionem, Quare si in me inquis es index, condemnabo te eodem criminе. Plaut. Qui alterum incusat probri, ipsum se intueri oportet. Sunt tamē certa nomina ut recte Laurent. norauit quae post huiusmodi verba non nisi in ablativo ponis soleant, qualia sunt huiusmodi partitiva, uterque, neuter, nullus, alter, aliis, ambo, Quibus fortasse accedant & superlativa, ut accusēsne furtian sacrilegij, an veroq, vel ambobus, vel neutro? Memoria vero verba accusatiuum vel genitiuum requirūt, ut, Memini huius rei, & hanc rem. Obliviscor huius rei. Recordor huius rei, & hanc rem. Extane & haec formulæ apud bonos authores, Cic. Ne quem unquam innocentē iudicio capit is accersas. Cic. Putavi ea de re te esse admonendum. Cic. Inertiam accusas adolescentiū. Cic. Cōdemnabo eodem te criminе. Item παθητικόν, misereor huius. Sed misereor

accusatiū adsciscit, misereor Rēpublīcā id est, deploro.

Tertia regula.

Verba omnia in quibus est quadam concedendi significatio, datiuū adsciscunt, qui personam designat: ut, Tribuo illi eruditōnem. Benedico tibi, non te. Maledico illi, non illum. Studeo huic rei, & hanc rem. Quintil. Abdicatus, medicina studuit. Item, Poēta & pictores in id student, ut describere tabulas mēsuris ac lineis sciant. Cic. Nihil aliud student. Dicimus autem etiam: medicor morbum. Terent. in Adelph. Hoc vitio datur, hoc vero laudi. Præsto illi. Apud Terēt. Homo homini quid præstet? Præsto illum apud Virgil. Ibo animis contra, vel magnum præstet Achillem. Sed hoc rariū.

Quarta regula.

Verbo Est, habendi significatione utimur. ut, Est mihi nanque domi pater, est iniusta nouerca. & datiuī venustē adduntur qui commodum aut incommodum significant, ut, Est mihi lucro, est mihi odio, sunt exitio Rēpublīcā intestinæ dissensiones.

Quinta regula.

Duos accusatiū pauca quadam actiua adsciscunt: ut, Doceo te literas. Posco te pecuniam, interrogo te hanc rem, & de hac re, Virg. Pacem te poscimus omnes. Terent. pri-
mum hoc te oro, Cic. hoc te obsecrat.

Sexta regula.

Ablatiū instrumenti propemodum omnibus actiuis verbis subiucimus, ut, Quo semel est imbūta regens, ser- uabit odorem, Testa diu. Ferit illum gladio. Sic copia &

hinc regula ostendit, omnia
est in verbis, quae ad datiuū
pertinet, ut, Tribuo illi
eruditōnem. Benedico tibi, non te.
Maledico illi, non illum.
Studeo huic rei, & hanc rem.
Quintil. Abdicatus, medicina
studuit. Item, Poēta & pictores in id
student, ut describere tabulas
mēsuris ac lineis sciant. Cic.
Nihil aliud student. Dicimus autem etiam:
medicor morbum. Terent.
in Adelph. Hoc vitio datur, hoc vero laudi. Præsto illi.
Apud Terēt. Homo homini quid præstet? Præsto illum apud
Virgil. Ibo animis contra, vel magnum præstet Achillem.
Sed hoc rariū.

Verbum suum sustentium sum et
ad suum sustentium possum
ut, est mihi nanque domi pater, est iniusta nouerca.
Est mihi lucro, est mihi odio, sunt exitio Rēpublīcā
intestinæ dissensiones.

Verba cogitanda et dorsando ut
verba sunt, ut similia duos
abscindit, ut, doceo te literas
et multa exemplis differunt
et sunt, ut, posco te pecuniam.

Nominis trahit et agit, seu
mentum est, ut, vobis, vobis, vobis
autem, ut, in, ut, ut, ut, ut, ut,
despat, ut, ut, ut, ut, ut, ut,
ut, ut, ut, ut, ut, ut, ut,

DE CONSTRVCTIONE

inopiae verba: ut, impleo poculum vino. Induo me veste
et vestem. Spolio te pecunia. Mulcto morte. Hoc te fasce
lenabo. Lenatus febre. Abundare praeceptis. Afficio te hono-
re. Luxuriant animi rebus plerunque secundis. Luxuriatq;
thoris animosum pectus. Culpa vacare madonum solatum.
Conflictari graui pestilentia, Conflictari aduersa valeu-
dine. Laborare ex pedibus. Laborare febri.

Septima regula.

Repellendi significationem habentia, ablatiuos adsciscunt,
sed cum præpositione: ut, Ignauum fucus pecus à præsepi-
bus arcent. Abstineo à vino. Horatius, Abstinuit Venere
et Baccho. Et petendi, ut, Peto abste pecuniam, quæsuit
à me. Cic. Epicurei ex Velleio sciscitabor sententiam. Vtor,
vescor, fruor, potior, ablatiuos adsciscunt: ut, vtor vino,
Fruor meis studiis, potius imperio. Disco ab illo, et disco de
illo Musicam, Plantus. Et induendi verba: ut, Exuo tu-
nicam, et Exuo hunc tunica, Caesar, Vallisse induebat. Ci-
cero, Torquem sibi induit. Luius, Nouum ingenium indu-
rat. Virg. Troianos exue castus. Mart. Dum mutat cultus,
induciturque togam. Cic. Humanitatem omnem exuisset.
Virg. Sic ait illachrymans, humero simul exuit ensim.
Se agro paterno autóque exuit.

De Passiuis.

P Assiuorum proprius casus est ablatiuus cum præpositio-
ne, ex nominatiuo actiui factus, accusatiuus proximus
actiuo, in nominatiuum mutatur: ut, Lego. Virgilium,
Virgilius à me legitur. Reliqui casus, actiua vocis non mu-

tantur: ut doceo te grammaticam? Tu doceris à me grammaticam. Nonnunquam ablatus in datiuum mutatur: ut, visus mihi, pro visus à me.

Et Gracum est, Pluribus ille notis variata pingitur alium, pro variata alio. Deponentia actiorum significacionem habent: ut, Largior tibi pecuniam. Neutrorum quae neutraliter significant: ut, Adsentior tibi. Adulor tibi et te, dixerunt veteres.

De Infinitiis.

Prima regula.

INFINITIUS ADDUNTUR VERBIS SIGNIFICANTIBUS VOLUNTATEM, aut sensum, aut facultatem. Graci περιέργειαν vocarunt: ut, Cupio te venire. Filio uxorem datum iri audierat. Memini facere: non, fecisse. Saluum te aduenire gaudeo, nec tecum possum vivere. Accusatius, proprius casus est infinitiorum, praecedens infinitios, exponitur per nominatum, adiecta particula quod. Aut probos adolescentes depravatum iri consuetudine malorum, id est, quod depravantur.

Secunda regula.

INFINITIUS ADDUNTUR NOMINIBUS ADIECTIIS FACULTATEM SIGNIFICANTIBUS: ut, Difficile est efficere: Soli cantare periti. Amor sceleratus habendi. Casus sequens infinituum esse conuenit cum proximo nomine praecedente: ut, Illi licet esse probo. Rarum est, illi licet esse probum.

De Gerundiis.

GERUNDIA IN DI, SEQUUNTUR NOMINA SUBSTANTIUA FACULTATEM SIGNIFICANTIA: ut, Occasio emergendi. Gratia dis-

DE CONSTRVCTIONE

cendi. Athenas missus.

Tempore crevit amor qui nunc est summus, habendi.

Græcismus est, Infinitiuo verbo uti pro gerundio: ut,
Nunc est tempus dicere quæ sentias, id est tempus dicendi,
Et Terentius, Quod plerique omnes faciunt adolescentuli,
Ut animum ad aliquod studium applicent: aut canes alere.
Nam hic infinitius iungitur huic voci studium. ut sit, ad
studium alere, pro alendi canes, alendi equos, eundi ad phi-
losophos. Gerundia in dum, præpositione annexuntur ver-
bis: ut, Mitto illum ad speculandum arcem.

- Inter agendum Occursare capro. Cum vero necessitatem
significant impersonalium modo ponuntur, & vel dati-
num iuxta se habent, vel casum omnino nullum, ut vi-
gilandum est nobis. Sperandum est viuis. Surgendum est.
Eundum est.

Gerundia in do, sequuntur verba, vel cum præpositio-
ne, vel sine præpositione: ut, Frigidus in pratis cantando
rumpitur anguis, id est, dum cantatur. Cantando tu illum,
explicatur dum cantas? Ratio bene scribendi cum loquen-
do iuncta est.

Non sum soluendo, peculiaris figura est. Adsciscunt au-
tem gerundia casus verborum: ἀνελγητῶς ut, Gratia salu-
tandi amicos: domum redij. Sed Latini eandem sententiam
efferunt per participium: ut, Gratia salutandorum amico-
rum, domum venio. Et, Ad speculandam arcem missus est
eques, pro, Ad speculandum arcem, Et, salutandi amicos. Et
hic rixantur Grammatici, verum gerudia recipient casus:
ansit gerundium. Salutandorum amicorum, domum ve-

nio. Rectius autem est, meo iudicio, & ad captum puerilem accommodatus, docere quod gerundia fiant participia, quando non regunt casus suorum verborum. Cum dico, salutandi amicos: salutandi, hic gerundium est, significationis actiuae: quia regit casum verbi actiui, sicut Saluto amicos. Cum dico Salutandorum amicorum, hic Salutandorum participium est passiuæ significationis. Veteres usi sunt quadam figura. ut apud Terentium, Crescendi nouarum. Et apud Plautum: Nominandi istorum magis, quam edundi copia est, pro nominandorum istorum.

Hæc figura propemodum Græcum quiddam habet.

De Supinis.

Actiuæ significant supina priora, & casum verbi sui adsciscunt. Coniunguntur autem cum verbis significantibus motum ad locum. Venio salutatum amicos, significatio infinitiui est. Significat enim Venio salutare amicos, & Venio ad salutandum amicos. Spectatum admissi risum teneatis amici. Iret quæsumus. Posteriora supina significant passiuæ, & construuntur cum adiectiuis facultatem significantibus: Facilis visu, id est, videri. & cum verbis motum de loco significantibus. Turpe quidem dictu est: sed, si modo vera fatemur. Vulgus amicitias utilitate probat Cato, Primus cubitus surgat, postremus cubitum eat. Plaut. Obscuratus redeo. Nullus autem his casus præponitur.

Mercandi verba.

Pretium ablacio casu effertur sine præpositione: vt, Emo Homericum codicem duobus aureis. Virgilius, Vendidit hic auro patriam.

C y

DE CONSTRVCTIONE

Leyes pretio fixit & refixit.

Hæ voces Tanti, quanti, pluris, minoris, sine substantiis adiiciuntur verbis mercandi. Cicero, Non vendo pluris quam alij, fortasse etiam minoris. Iuuenalis, Chrysogonus quanti doceat, vel pollio quanti. Suetonius, Quantifunus & pompa constaret.

Sic, Magni aestimo, magnifico, parui aestimo, parui facio: magni pendo, & parui pendo. Catullus, Unius, aestimemus absis. Et cum verbo sum: Esse quantius pretij:

Non tamen dicimus, magni, aut parui, aut emi maioris pretij: Sed, Emi paruo, magno, maiore, minore pretio.

Virgilius, -haud illi stabunt Aeneia paruo Hospitia. Liui. Multoque sanguine & vulneribus ea Pœnis victoria stetit.

Plautus, Nimio emptæ tibi videntur.

Varro, Aedificantur magno, implentur magno.

Terentius, Redimas te quam minimo, aut quanti queas.

Et in vsu etiam, Magno aestimo. Cic. Gloriosa sapientia non magno estimando est. Suet. Nec tulerat tam moleste,

tam magno estimari honorem cœne sua. Senec. Data magno estimas, accepta paruo. Sic & Quanto pretio emisti?

Minore pretio emi, locaui. Nam cum accedunt substantia, hæ quoque voculae migrant in ablativos. Huc pertinet verbum Valeo: Mina valet decem coronis Gallicis.

Sic Plin. loquitur: ut, Scrupulum valebat sestertiis vicenis, Habet & accusatiuum. Varro, Denarij quod denos aris valeant. Quintilianus. Item significant aut idem valeant.

Temporis prima regula.

A Blatiuo nomina temporis efferuntur cum non significamus durationem. ut Cic. Superioribus diebus veni in Cumanum. Qui his proximis diebus Pontifex factus est? Aestate adulta. Puncto temporis rerum momenta vertuntur. Paucis diebus eram domesticos tabellariorum missurus. Triduo, aut ad summum, quadriduo, petiturum. Plinius, Omnia plenilunio maria purgatur. Iuppiter exiguo tempore inermis erit. Non enim dicitur superiores dies veni in Cumanum. Exacto mense rediit. Quadriennio post virili toga sumpta. Longo post tempore veni. Qui Romam multis annis non venit, neque unquam plus triduo fuit.

Secunda regula.

Accusatiuus est frequentior, cum durationem significamus seu continuum tempus. Una cum gente tot annos Bellagero. Tercentum totos regnabitur annos. Annum audiētem Cratypnum, tertium iam annum & vicesimum regnat. Si Cn. Pompeius adhuc annos quingentos fuisset natus decem annos. Non plus triduum, aut triduo. Cum non significatur duratio vocant temporis speciem que semper ablatiuum habet, durationem autem dicunt spatium temporis, quod & accusatiuum & ablatiuum habet, frequenter accusatiuum.

Tertia regula.

Accusatiuus est frequentior, cum durationem significamus seu continuum tempus. Una cum gente tot annos. Bellagero. Tercentum totos regnabitur annos. Annum audiētem Cratypnum. tertium iam annum & vicesimum regnat

DE CONSTRVCTIONE

Si Cn. Pompeius adhuc annos quingentos fuisset natus decem annos. Non plus triduum, aut triduo. Cum non significatur duratio vocant temporis speciem quæ semper ablativum habet, durationem autem dicunt spatium temporis, quod & accusativum & ablativum habet, frequentius accusatiū Significatur species cum interrogatio sit per quando: ut, quando hæc scripta sunt: superioribus diebus. Spatiū verò cum interrogatio sit quandiu, ut quandiu egisti Lutetia: tres annos.

Quarta regula.

Et præpositiones accedunt: In paucis diebus & paucis diebus. De die epulari. & die. Surgunt de nocte latrones, & nocte. Est in diem quod promittis, nec aliter peto ut commodes in unum mensem. Ut sit in annum sumptum. Tribunitiam potestatem in quinquennium accepit. Annos ad quinquaginta natus. In aliud tempus expectare te velim. Ut in reliquum omnes suspiciones vitet, Venio tertio Kalendas, & ad tertium Kalendas, & tertio Kalendarum.

Mensuræ & spatia.

Mensurarum casus, accusatiū est: ut, Muri ducentos pedes alti. Plinius scribit, effossam herbam moly radicis, longæ triginta pedes. Afferes non plus spatium habentes pedes binos. Ne plus patet palmum. Nonnunquam comparatiui constructio obseruatur: ut, Tota cohors pede nō est altior uno. Et per genitium: de Augusto, Statura, quinque pedum, & dodrantis fuit. Est spatiorum accusatiū. Cicero, Abesse ab Amano iter unius diei. Cæsar, Hercinie

Sylva latitudo nouem dierū iter expedito patet. Tres pateat cali spatum non amplius vlnas. Liuius, Castra locat mille passus ab urbe, & mille passuum. Cum tridui viam processisset, nec paucorum dierū iter abesset. Cæsar, cum ab Hybernis Ciceronis millia passuum quinquaginta abesset. Neque longius millia passuum octo ab Hybernis suis absuisse. Adiecit verbo abesse, ablatiuum. Virg. Nec longis inter se passibus adsunt. Distat cum accusatio. Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis, Millia qui nouies distat ab urbe decem. Cum ablatio, Iugeribusque nouem summus qui distat ab imo. Non discedere latum digitum.

Loca.

Nominibus regionum prepositiones, sicut & appellatiuis adduntur, siue verbo in loco, siue de loco, siue per locū, siue ad locum significantibus adiiciantur: ut, duxit exercitum in Italiam. Transiuit per Italiam, in Italia dominari cupit. Ex Italia profectus est. Sicut venio in urbem, Proficiscor ex urbe. Figuratum est apud Virg. Italiam fato profugus, Lauinaque venit littora.

Et arceo hostem Italia, sicut arceo urbe hostem.

Vrbium natura.

In loco esse significant genitio casu, in prima & seunda declinatione, numero singulari: ut, Sum Roma, & sum in urbe Roma. Tarenti degit Archita, qui ligneam columbam volatilē fecit, Lutetia frequētissima schola fuit. In declinatione tertia, ablatiuo utimur: quibusdā etiā datum placet, Sū Carthaginē & Carthagini. Plurali numero,

DE CONSTRVCTIONE

ablatiuo utimur. Delphis Apollo oracula reddebat. Accusatius semper ad locum significat, Noctuas Athenas, Proficisces Romam. Confero me Lutetiam, capiendo cultus ingenij caussa.

I I I.

Ablatiuus semper de loco, & per locum significat: ut, Rediit Carthagine Regulus. Hac iter facio, significat per locum. Semel atque iterum inuenias additas præpositiones. Cic. Venit ad Messanam, Brutus ab Roma aberat, Sic dicimus, Sum domi, Eo domum. Venio domo. Et adiectis casibus. Cic. Malo esse cum timore domi meæ, quam cum periculo domi alienæ. Et, Sū ruri, eo rus, venio rure. Serpo humici: cuius accusatiuo nō utimur hac forma. Labitur humū. Ablatiuо utimur, Tollitur humo. Virgil. Belli & militie genitiuis tantum localiter usi sunt.

Numeri.

O Rdinem significant, Primus, secundus, etc. interroga-
tio, quotus. Sed numerū, Unus, duo, tres, etc. & interroga-
tio, quot. At numeri distributionem ut bini, terni, qua-
terni, quini, seni, septeni, octoni, noueni, deni, viceni, triceni,
quadrigeni, Bini, deus à deus.

Prima regula.

Ergo interest cum dicimus. Decem aurei militibus dati
sunt, & deni aurei militibus dati sunt. Nam decem au-
rei militibus dati sunt, significat totam legionem simul
decem tantum aureos accepisse, non singulos. Sed deni au-
rei significant singuli esse datos decem aureos: ut Galli di-
cunt, dix escus à chascun. Linius, Consules binas legiones

Scribere ius*si*, chascun deu^x. Cæsar, Ad denarios quinqua-
ginta in singulos modios annona peruererat. Liuius, in sin-
gulos pedites dati octingenti æris. Liuius, Militibus qui cur-
rum securis sunt, centenos vicenos quinos asse^s diuisit, id est,
singulis centum quinque & viginti asse^s. Suet. Congiaria
populo frequenter diuisit, sed diuersæ ferè summae, modo
quadragenos, modo tricenos, nonnunquam ducenos quin-
quagenosque nummos.

Sed inuenias etiam cum distributiis ut si sint, addidisse
nomen Singuli: id opinor præter analogiam fieri, & ra-
rum est. Liuius, Singulis centena millia. Poëta distributi-
uis aliquando abusi sunt ut Virgilius, Septeno gurgite, pro
Septem gurgitibus.

Pluralem tamen exigunt distributiua nomina: ut,
Binæ literæ, pro duabus epistolis. Ordinis nominibus sic
utimur. Cicero, Tertio quoque die, de trois iours en trois
iours:

De Impersonalibus.

PAßiuæ vocis impersonalia, ab omnibus verbis tum a-
ctiuis, tum neutrīs cadunt. Constructio, prorsus imitatur
regulam passiuorum, præterquam quod nullus nominatiuus
precedit, nam ideo dicuntur impersonalia, ut, Luditur de
tuo corio. Itur ad me quoniam nemini obrudi potest. In diem
vinitur. Bene fit multis à principe.

Accusatiui proximi actiuarum, non possunt impersona-
libus subiici apud Latinos. Neq; enim rectè dicitur, legitur
Virgilium, At Galli ea figura usi sunt, On lit Vergille.
Sic & Graci *αἰτινῶσι τὰ πλάτανα*.

DE CONSTRVCTIONE

Aetiuæ vociis impersonalia, alia alios casus adsciscunt, Quanquam autem persona videatur incerta, quia desunt nominatiui: tamen obliqui personam definiunt. Quare impersonalia sic ordiuntur sententiam, ut personalia, si dicas, Principem oportet potius cōsulere publicæ saluti, quam priuatis affectibus morem gerere. Te decet viuere, Me oportet legere. Hic accusatiuus cum verbo perinde inchoat sententiam, & certam personam designat, ut nominatiuus cum verbo, si dicas. Princeps debet potius cōsulere publicæ saluti, quam priuatis affectibus morem gerere. Tu debes bene viuere, Ego debo legere. Pleraque autem verba personalia alioqui constructione in impersonalia degenerant.

Prima regula.

Est, interest, refert, personam genitiui designant & sequuntur fere infinitiva, alias coniunctiva, ut & interrogations: Boni pastoris est condere pecus, non deglubere. Non est sapientis viri dicere, non putaram Reipub. refert conseruari literas. & ut conseruentur literæ. Salust. refert mihi atque vobis timere. Principis interest autoritatem publicarum legum saluam & in columnen conseruare.

Exceptio.

In aliquot pronominibus à regula discedimus. Nā mea, tua, sua, nostra, vestra, ablatiui adiiciuntur verbis refert & interest. Tua refert adesse. Et Cicero, Per magni interest tua, an redditæ sint literæ. Vbi obseruabis & genitiuum adiici permagni. Grammatici ad singūlāridiculam rationem, cur horum pronominum ablatiū utamur. Nam cū hæc ver-

ba significant pertinere, recte dici putat, Mea interest, quasi in re mea est, & refert, quasi res mea fert. Verbo est, adiungimus meum, tuum, suum, nostrum, vestrum, ut, Meum est iniuriam non adferre, tuum est illatam missitare.

Secunda regula.

Datiui personam his verbis addunt, sequuntur ferè infinitiui, Libet, licet, patet, liquet, constat, placet, expedit, prodest, obest, nocet, sufficit, vacat, accidit, conuenit, & similia quædam. quæ quanquam personalia sunt, tamen construētione migrant in hunc ordinem.

Tertia regula.

Accusatiui personam his verbis addunt, sequuntur infinitiui: Iuuat, oportet, ut, Principem oportet pari legem quam condidit. Decet, sed hoc sapientia actiuæ usurpat: ut, Secundas res decent superbiae. Et cum datiuo antique. Ita nobis decet, Terentius.

Quarta regula.

In quarto ordine impersonalium παθητικῶν sunt quæ præcedunt accusatiui, sequuntur genitiui. Pœnitet. Cic. Pœnitet eum senectutis sue, Piget, Tædet. Salust. Me ciuitatis tædet, morumque piget. Pudet me negligentia meæ, Miseret amicum calamitatis. Adnumerant impersonalibus Debet, cœpit, incipit: ut, Debet adolescentem pœnitere peccati. Et aiunt, Solent, sine personis efferruntur, quæ tamen inter impersonalia nolim numerari. Nam omissione personæ figurata est, sicut in verbis, pluit, sonat, ubi vocata euclidis disimulatur nominativus, Aër tonat, Homines aiunt.

D ij

DE CONSTRVCTIONE

De Participiis.

Participia imitantur verborum suorum constructionem, ut, legens Virgilium. Degenerant autem in nomina, cū verborum casus amittunt, ut, fugitans litium, amans vini, Cum tempus perdunt, ut, Amans, id est, qui amore captus est. Cum comparantur, ut amancior, amantisimis. Cum componuntur, ut innocens, indoctus. Duo abluti coniunguntur designantes consequentiam, alter participij, alter nominis. Explicari autē possunt per particulam, cum, ut, Imperante Maximiliano Veneti grauiter adficti sunt, id est cum imperaret Maximilianus. Dicimus ad hunc modum imperatore Maximiliano. Imperatore Carolo Galli ad Mediolanum magna pugna victi sunt à Germanis.

Et usurpantur participia pro infinitiis: ut, Opus est maturato, pro maturare. Opus est facto, pro facere. atque hæ figuræ ex Græcis aoristis natæ esse videntur.

De Aduerbiis.

Aduerbia subiiciuntur verbis ad explicandas circunstātias locorum, temporum, & similes. Diligenter obseruare oportet naturam localium aduerbiorum, quæ in loco, quæ ad locum, quæ de loco, quæ per locum significant. Nam ea in re nonnunquam peccatur.

In loco significant hic, illuc, istuc, ibi, ibidem, ubi, Vbicunque, ubique, ubiuis, vñliber, alibi, alicubi, necubi, inibi, intus, foris, supra, infra. Ad locum: huc, illuc, istuc, quo, aliquò, nequò, siquò, quolibet, quocunque, quouis, aliò, sed, eodem, interò, foras. Huc pertinent quæ & versus locum significant:

ut, introrsum, retrorsum, horsum, aliorum, dextrorum, sinistrorum, sursum, deorsum, quorsum, leuorsum. Sunt autem composita à versus, quod videtur habere aduerbi significationem. Nam præpositio, aliam permitit nomini adiungi. Plinius, ad occasum versus. De loco: hinc, illinc, istinc, inde, indidem, aliunde, alicunde, sicunde, necunde, unde, vñdelibet, vndeus, vñdecunque, vtrinque, cœlitus, funditus, radicitus, infernè, supernè. Per locum: hâc, illâc, istâc, quâ, aliquâ, alia, siquâ, nequâ. Hæc variant: foris cœnar, & foris vñvenit. Peregrè viuit, peregrè rediit, peregrè abiit. Nusquam apparet, nusquam discedet. Tempus nonnunquam significant localia: ut ibi, pro cum sâpe accipitur: & ubi, pro cum, vel postquam.

Visque & temporibus & locis accommodatur, & additur vñcibus alias de loco, alias ad locum significantibus. ut Cicero, Visque ad Numantiam misit. Terent. Ex AEthiopia vñque est hæc, Et Cic. pro Archia, Inde vñque à prima pueritia repetens.

Refertur nonnunquam aduerbiū ad nomen: ut, admodum doctus, egregie impudens. Aliquando adhæret ad uerbio: ut, parum laute, non admodum oppipare.

Nomina degenerant in aduerbia, apud Latinos singulare numero: ut horrendum clamat, apud Græcos, plurali numero: idque Latini imitati sunt, ut Virgilius, Nec seracomantem Narcissum: pro, sero comantem seu florentem.

Narcissus enim postremus omnium florū, circiter Septembrem primum floret, ut scribit Theophrastus. Galli vocant Narcisse.

DE CONSTRVCTIONE

De Coniunctione.

COniunctio aut similes casus coniungit: ut, Amat & portat puer. Virgilius & Cicero sunt principes latinæ linguae. Nox & amor vinumque nihil moderabile suadent. Aut orationem nouam superiori adtexit: ut, Nescia mens hominum fati sortisque futuræ, Et seruare modum rebus sublata secundis.

Est autem coniunctionum natura diligenter obseruanda. Quia enim colligant velut articuli orationem, magnum vitium est aliqua voce in connectendo abuti. Nam obscura & monstrosa fit oratio si confundantur haec particulae, ut Monstrosum corpus erit si iugulus in tergo collocetur, scapulae in pectore.

Ut coniunctio caussalis, adsciscit coniunctuum si praesens verbum præcedat, praesens coniunctuum erit: si præteritum verbum præcesserit, erit coniunctuum præteritum imperfectum: ut, Ius si ut faceres. Significat autem aliquando tempus, Ut vidi ut perij: id est, postquam vidi. Quo in loco Virgilius Græcos imitatus est repetita coniunctione. Significat & quomodo, Troianas ut opes & lamentabile regnum. Significat & quam. ut ferus est: quam ferus est. Designat & similitudinem, Ut mores sunt, ita fortuna respondet. Et superlativo cognata est, Ut quisque optimè Græcè sciret. Et imprecatuum est, Ut illum dij, deaq; omnes perdant. Et quanuis, ut desint vires, tamen est laudanda voluptas. In coniunctionibus diligenter obseruantur haec circunduationes efficiunt, hoc est, quæ duo κῶλα con-

iungunt, ut si, cum, quanquam, & similes.

Præpositiones.

PRÆPOSITIONES addunt circumstantiam in verbis, tanquam articuli. Aliæ autem accusatiuos, aliæ ablatiuos requirunt. Addendum est & hoc præceptum, Quod præpositiones mutant constructiones verborum. Addunt enim verbis suum casum: ut, Adeo patrem, pro, Eo ad patrem. Nam eo patrem non dicitur. Et Latini libenter repetunt præpositionem. Accedo ad pedis equas.

Interiectiones.

HE I, datiuum adsciscit: Hei mibi qualis erat, Heu, accusatiuum. Heu stirpem inuisam, & nominatiuum: Heu pietas, Heu prisca fides. Proh Iuppiter, proh deūm, atque hominum fidem.

Regula.

Exclamations ferè per infinitium & accusatiuum efferuntur: ut, Adeone esse inuenustum quenquam ut ego sum?

F I N I S.



YEBI

81

andurde. Sætnefðar, svá að að ne fengust
því. Þeitum dýr.

81. Vérði að mikill meðan að mikill er meðan
frívaldi sála. Enn ókunnaði ós mættilegum. Áttum endur-
ðok. Kvar? Minnig um vinnslu. Spækkalibb. Minnig
mín. Líkab. Agiðbrenn. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk.
Tilværingar. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk.
Líkab. Agiðbrenn. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk.
Líkab. Agiðbrenn. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk.
Líkab. Agiðbrenn. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk.
Líkab. Agiðbrenn. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk.
Líkab. Agiðbrenn. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk.
Líkab. Agiðbrenn. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk.
Líkab. Agiðbrenn. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk. Íslensk.

82. R

82. R

82. I M A T

82. I M A T

WYDCHEN
LERN
w
- tegm
by mo
Vlls
Lernnot
now sh
led
vt dle
s An.
Alders
it dres
n Crt
condon
yone
verer
now pugt
r dres
nabber
pon
ulys
an
m
n
nwt
nlem
pava





